Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

sacerdotum pectus faciebat insidians ihesu et
eo inuitabat. apertissime presumptio quia bis dubie in-
terrogat saluatorem. Si tu es filius dei. Unde quis
recte dicere potest quoniam dubitare de filio dei utrum
ipse sit christus opus diaboli est. Non decebat autem christum
ad adiurationem principis sacerdotum respondere
quasi uim passum. Propter quod nec denegauit se filium
dei esse: nec manifeste confessus est. Unde sequitur.
Dicit illi ihesus. Tu dixisti. Non enim erat dignus christi doctri-
na propter ea non eum docere. Sed suum ore eius accipiens
in redargutionem ipsius conuertit. Sequitur. Verumptamen di-
co uobis. amodo uidebitis filium hominis sedentem a dextris uirtutis dei. Vi-
dere in quem infirmitatem quondam regalem sig-
sessio filii hominis. Iuxta uirtutem scilicet dei qui so-
lus est uirtus fundatur est. qui accepit omnem
potestatem a patre. sicut in caelo et in terra. Erit autem quando
hanc fundationem uidebunt et ad uictoriam quod a
tempore dispensationis incepit impleri. Viderunt
enim discipuli eius resurgentem a mortuis et
per hoc uiderunt eum fundatum ad dexteram uirtu-
tis. Vel quia secundum longitudinem sempiternam quam est
apud deum a constitutione mundi usque ad finem
est unus dies. nichil secundum mirum quod hic dicit salua-
tor amodo. spatium esse breuissimum usque in finem
ostendens. Et non solum sedentem eum ad dexteram uir-
tutis uisuros se probabat. sed et uenientem in nu-
bibus. Unde sequitur. Et uenientem in nubibus cae-
li. Hee nubes sunt prophete et apostoli christi quibus man-
dat pluere cum oportet. Et ipse nubes caeli non transeun-
tis. quasi portantes ymaginem caelestis. Et
digne sunt ut ut sint sedes dei. quasi heredes dei et
coheredes christi. Ieronimus. Pontificem autem quem de solio sa-
cerdotali furor excusserat: eadem rabies
ad scindendas uestes prouocat. Unde sequitur. Tunc
princeps sacerdotum scidit uestimenta sua. dicens. blasphemauit.
Consuetudinis est iudeorum cum aliquid blas-
phemium et quasi contra deum audierint. scindere uesti-
menta sua. Crisostomus. Hoc autem fecit ut accusa-
tionem grauiorem faceret secundum morem et quod uerbo dicebat
factis extolleret. Ieronimus. Per hoc autem quod scindit

9.

Tomel.

Alii autem palmas in faciem eius dederunt dicentes prophetiza nobis christe Quis est qui te percussit.

9.

uestimenta sua osten-
dit iudeos sacerdotalem
gloriam perdidisse et
uacuam sedem habere pon-
tificis. Dum enim uestem
sibi discidit ipsum quo
tegebatur uelamentum
legis abrumpit. Cum
autem scidisset uestimenta
sua: non fert sententiam
a se ipso. sed ab aliis eam
exquirit dicens. Quid
uidetur. Sic confessis
peccatis et blasphemia
manifesta faciebat et quasi cogens et uiolen-
tiam inferens: ad sententiam proferendam preuenit
auditorem dicens. Quid adhuc egemus testi-
bus. ecce nunc audistis blasphemiam. Que autem fuit hec blas-
phemia. Etenim ante eis congregatis dixerat. Di-
xit dominus domino meo sede a dextris meis et inter-
pretatus est eis et siluerunt nec deinceps contradixe-
runt. Qualiter igitur nunc quod dictum est blasphe-
miam uocant. Sequitur. At illi respondentes dixerunt. reus est mortis.
Ipsi accusantes. ipsi discutientes ipsi senten-
tiam proferentes. Augustinus. Numquid putas sen-
tit errores ipsam principalem omnium uitam
reum mortis pronuntiare et preuaricator resur-
gentium testimonia non respiciebant fontem ui-
te de quo omnis uiuentes uita fluebat. Cri-
sostomus. Sicut autem uenationem inuenientes ita suam de-
monstrabant ebrietatem et insania ferebantur. Sequitur
enim. Tunc expuerunt in faciem eius et colaphis eum ceciderunt.
Ieronimus. Ut compleretur quod dictum est. Dedi maxillam
meam alapis et faciem meam non auerti a confusi-
one sputorum. Sequitur. Alii autem palmas in faciem eius dede-
runt dicentes. prophetiza nobis christe quis est qui te percussit. Glo-
sa. In contumeliam eius hoc dicunt quia se prophetam haberi uo-
luit a populis. Ieronimus. Stultum autem erat ubi alapam
ubi respondere et prophetare percutientem cum palmam
percutientis insania uideretur. Crisostomus. Attende

Crisostomus. Tomel.

Tomel.